XI. Per idem tempus cum jam patriarcha Judas (ita enim forte vocabatur) ad robustam ætatem pervenisset, Josephum præmii loco apostolatus (dignitatis id nomen est) honore ac commodis exornat. Inde cum litteris in Ciliciam proficiscitur. Quo cum accessisset, unoquoque ex oppido decumas **135** ac primitias a provincialibus Judæis exigebat. Ac tum casu contigit, ut nescio qua in urbe in vicina ecclesiæ domo diversaretur. Exinde contracta cum episcopo familiaritate clam ab eo Evangeliorum librum postulat, ac legit. Et quoniam pro ea quam gerebat apostoli functione (ita enim, ut diximus, ea dignitas vocatur) summam præ se gravitatem, atque inconstituenda disciplina severitatem ferebat, cui rei præstandæ fuerat electus, ac plerosque synagogis præfectos, et sacerdotes, ac presbyteros et Azanitas, quo nomine diaconos aut ministros appellant, homines improbos in ordinem redegerat ac dignitate privarat, multorum in se convertit odia: qui ut eum ulciscerentur, curiosius explorare et quæ ab illo gererentur inquirere summopere cupiebant. Ob eas igitur causas acutissime tandem odorati ex improvise impetum in ædes faciunt, atque in ipsa Evangeliorum lectione Josephum opprimunt. Hic libro de manibus erepto hominem corripiunt, et ad terram allisum vociferantes, maximisque contumeliis vexantes in synagogam abducunt, virgisque cædunt. Primum hoc ab illo legitimum certamen pro fide susceptum. Ad hæc accurrit urbis episcopus, eumque ex illorum manibus eripit. Alias deinde cum iter agentem offendissent, sic enim ipse narrabat, in Cydnum abjiciunt; atque illum impetu fluminis abreptum ac sub aquas demersum periisse ratî magnopere gavisî sunt. Sed is servatus postea cælesti lavatione dignatus est. Hinc ad comitatum provectus ad Constantini imperatoris amicitiam pervenit, eique quidquid sibi acciderat exposuit; principem se Judæos inter dignitatis locum habuisse; sed visa sibi frequentia divinitus oblata, invitante Domino, ut ad fidei cognitionisque suæ sanctissimam sortem ac salutem sese transferret. At optimus imperator, Christianique revera servus, et divino quodam inter principes ardore post Davidem, Ezechiam, et Josiam æstuans, hoc illi dignitatis præmii, quod paulo ante retulimus, contulit, comitemque fecit, jubens insuper ut quidquid vellet optaret. **136** Ille nihil aliud nisi hoc unum maxi-

Α ενόουν. Ἐτι δὲ ἐπέμενεν Ἰώσηπος σκληρυνόμενος τῇ καρδίᾳ. Ἀλλὰ ὁ φιλόανθρωπος Θεὸς, προφάσεις ἀεὶ διδούς σωτηρίας τοῖς ἀγαπῶσιν αὐτὸν ἀγαθὰς, ταύτας παρέχει τοῖς εἰς ζωὴν καταξιουμένοις ἀνθρώποις.

ΙΑ'. Συμβέθηκε γὰρ αὐτὸν τὸν Ἰώσηπον μετὰ τὸ ἀδρυνθῆνα: Ἰουδαὺν τὸν πατριάρχην, ὃν προείπομεν (τάχα γὰρ οὕτως ἐλέγετο), ἀμοιβῆς ἕνεκα γέρας τῷ Ἰωσήπῳ τῆς ἀποστολῆς δοῦναι τὴν ἐπικαρπίαν. Καὶ μετ' ἐπιστολῶν οὗτος ἀποστέλλεται εἰς τὴν Κιλικίαν γῆν. Ὅς, ἀνελθὼν ἐκεῖσε, ἀπὸ ἐκάστης πόλεως τῆς Κιλικίας τὰ ἐπιδέκατα καὶ τὰς ἀπαρχὰς παρὰ τῶν ἐν τῇ ἐπαρχίᾳ Ἰουδαίων εἰσέπραττεν. Ἐν τούτῳ δὲ τῷ καιρῷ κατάγεται πλησιαίτερον τῆς ἐκκλησίας, οὐκ οἷδ' εἰπεῖν ἐν ποίᾳ πόλει. Φιλιούται δὲ τῷ ἐκεῖσε ἐπισκόπῳ, ὃς λεληθότως ἤτησε παρ' αὐτοῦ τὰ Εὐαγγέλια, καὶ ἀνέγνω. Ἐπεὶ οὖν, οἷα ἀπόστολος (οὕτως γὰρ παρ' αὐτοῖς, ὡς ἔφην, τὸ ἀξίωμα καλεῖται), ἐμβριθέστατος καὶ καθαρευίων ᾔθην τὰ εἰς κατάστασιν εὐνομίας, οὕτως ἐπιτελεῖν προβαλλόμενος (25), πολλοὺς τῶν κακῶν κατασταθέντων ἀρχισυναγωγῶν, καὶ ἱερέων, καὶ πρεσβυτέρων, καὶ Ἀζανιτῶν τῶν παρ' αὐτοῖς (26) διακόνων ἐρμηνευομένων ἢ ὑπηρετῶν, καθαιρῶν τε καὶ μετακινῶν τοῦ ἀξιώματος ὑπὸ πολλῶν ἐνεκοτεῖτο, οἷτινες ὡς περ ἀμύνασθαι αὐτὸν πειρώμενοι πολυπραγμανοῦν τούτον καὶ ἰχνηλατεῖν τὰ παρ' αὐτοῦ γινόμενα οὐ μικρῶς ἐσπούδαζον. Διὰ τοιαύτην δὲ αἰτίαν πολυπραγμονήσαντες, ἀθρόως εἰσέφρησαν οὐκ ἅδῃ εἰς τὸ αὐτοῦ ἐφέστιον, καὶ καταλαμβάνουσιν αὐτὸν τὰ Εὐαγγέλια διερχόμενον· τὴν τε βίβλον κατέχουσι, τὸν δὲ ἄνδρα ἀρπάζουσι, σύροντες χαμαὶ, καὶ βωύοντες, καὶ αἰκίας ἐπιφέροντες οὐ τὰς τυχοῦσας, ἀπάγουσι μὲν εἰς τὴν συναγωγὴν, καὶ μαστίχουσι τούτον, καὶ κατὰ τὸν νόμον οὗτος αὐτῷ πρῶτος ἀγὼν γίνεται. Ἐπέστη δὲ ὁ ἐπίσκοπος τῆς πόλεως, καὶ ἀφείλετο αὐτόν. Ἄλλοτε δὲ καταλαμβάνουσιν αὐτὸν ἐν ὁδοπορίᾳ τινί, ὡς ἡμῖν ὑφηγήσατο, καὶ ῥίπτουσιν αὐτὸν εἰς Κύδνον τὸν ποταμόν. Τῷ δὲ βεῦματι αὐτὸν ἄρπαγέντα ἐτόπασαν, μὴ πῆ ἄρα ἔλωλεν ὑποθρόνιος γενόμενος τοῖς ὕδασι· καὶ ἔχαιρον ἐπὶ τούτῳ. Ὁ δὲ μικρῷ ὕστερον λουτροῦ ἁγίου καταξιοῦται· ἐσώθη γάρ. Ἄνευσι δὲ ἐπὶ τὸ κομητάτον, καὶ βασιλεῖ Κωνσταντίνῳ φιλιούται, καὶ ἀνέθετο αὐτῷ τὰ καθ' ἑαυτὸν ἅπαντα, ὡς ἦν τῶν κατ' Ἰουδαίους ἐξοχωτάτης ἀξίας, καὶ ὡς αἱ θεοπτεῖαι αὐτῷ πάντῃ ἐφαίνοντο, Κυρίου αὐτὸν προσκαλουμένου εἰς τὴν ἁγίαν κλῆσιν καὶ σωτηρίαν τῆς κατ' αὐτὸν πίστεως τε καὶ γνώσεως. Ὁ δὲ ἀγαθὸς βασιλεὺς, δούλος ὢν Χριστοῦ ἐν ἀληθείᾳ, καὶ τὸν κατὰ Θεὸν ζῆλον ἐν βασιλεῦσι μετὰ Δαβὶδ καὶ Ἐζεκιάν καὶ Ἰωσίαν κεκτημένος γέρας αὐτῷ δίδωσιν, ὡς ἤδη προείπον, ἀξιώματος ἐν τῇ αὐτοῦ βασιλείᾳ. Κόμητα

¹ γρ. ἀφαρπαγέντα.

(25) Οὕτως ἐπιτελεῖν προβαλλόμενος. Variis modis explicari verba ista possunt: sive eo sensu, quem reddidimus; sive quem Cornarius expressit: Sic enim se facere prætendebat.

(26) Καὶ Ἀζανιτῶν τῶν παρ' αὐτοῖς. Judæi ἠπὶ vocant synagogæ ministrum, vel ædituum. Vide Eliam in *Thisbi*.

γὰρ αὐτὸν κατέστησε (27), φήσας αὐτῷ αἰτεῖν πάλιν ἢ βούλεται. Ὁ δὲ οὐδὲν ἠτήσατο πλὴν τοῦτο μέγιστον χάρισμα τυχεῖν παρὰ τοῦ βασιλέως, τὸ ἐπιτραπῆναι, καὶ διὰ πρυστάγματος βασιλικῆς οἰκοδομῆσαι Χριστῶ ἐκκλησίας ἐν ταῖς πόλεσι καὶ κώμαις τῶν Ἰουδαίων. Ἐνθα τις οὐδέποτε ἔχουσεν οἰκοδομῆσαι ἐκκλησίας, διὰ τὸ μήτε Ἑλληνα μήτε Σαμαρείτην μήτε Χριστιανὸν μέσον αὐτῶν εἶναι. Τοῦτο δὲ μάλιστα ἐν Τιβεριάδι, καὶ ἐν Διοκαισαρείᾳ, τῇ καὶ Σεπφουρίν, καὶ ἐν Ναζαρέτ, καὶ ἐν Καφαρναούμ, φυλάσσεται παρ' αὐτοῖς τοῦ μὴ εἶναι τινα ἄλλου ἔθνους.

IB' Λαθῶν δὲ ὁ Ἰωσήπος τὰ γράμματα καὶ τὴν ἐξουσίαν μετὰ τοῦ ἀξιώματος ἐπὶ τὴν Τιβεριάδα ἦκεν, ἔχων καὶ ἐπιστολάς ἀπὸ τῶν βασιλικῶν ἀλαλίσκειν, ἀλλὰ καὶ αὐτὸς ὄψωνις παρὰ τοῦ βασιλέως τετιμημένος. Ἀρχεται γοῦν ἐν Τιβεριάδι κτίζειν. Β Ναὸς δὲ μέγιστος ἐν τῇ πόλει προὔπηρχε τάχα, οἶμαι, Ἀδριάνειον τοῦτο ἐκάλου. Ἀτελὲς δὲ τοῦτο τὸ Ἀδριάνειον διαμένον τάχα οἱ πολλοὶ εἰς δημόσιον λουτρὸν ἐπειρῶντο ἐπισκευάσαι. Ὅπερ εὐρὼν ὁ Ἰωσήπος ἐκ τούτου τὴν πρόφρασιν ἔσχε. Καὶ ὡς ἦδη εὔρε διὰ τετραπέγων λίθων τετραπέδων. ἕως ὄψους τινὸς ἀνεγερμένον, ἐντεῦθεν ἀρχεται ποιεῖσθαι τῆς ἐκκλησίας τὴν ἐπιμέλειαν Ἀσθέστου δὲ ἦν χρεῖτα καὶ τῆς ἄλλης ὕλης. Καμίνους τοίνυν ἐξωθεν τῆς πόλεως πολλὰς προσέταξεν γενέσθαι, τάχα τὸν ἀριθμὸν ἐπτά· φούρνακας δὲ ἐπιχωρίως ταύτας καλοῦσιν. Οἱ δὲ δεινοί, καὶ πρὸς πᾶν ἐπιχείρημα εὐτολμοὶ Ἰουδαῖοι, τῆς παρ' αὐτοῖς ἀελ γινομένης μαγανείας οὐκ ἀπειχοῦντο. Μαγείαις γάρ τισι καὶ περιεργίαις τὸ πῦρ καταδῆσαι οἱ γεννῶσαι Ἰουδαῖοι ἐπετρίθησαν· ἀλλ' οὐκ εἰς τέλος ἔσχυσαν. Ἦρχει γοῦν τὸ πῦρ, καὶ οὐκ ἔπραττεν, ἀλλὰ τῆς ἰδίας, ὡς εἶπεῖν, φύσεως ἐκτὸς ἐγένετο. Ὡς δὲ οἱ τὴν καυστικὴν ὕλην παραβάλλειν τῷ πυρὶ ἐπιτεταγμένοι, φημί δὲ ῥώπακας, εἶτ' οὖν φρύγανα, παραθέντες οὐκ ἐνήγγον, τῷ Ἰωσήπῳ τὸ πραχθὲν ἐσήμαναν. Δηχθεῖς οὖν τὴν φρένα ὁ ἀνὴρ, καὶ ζήλω ἀρθεῖς τῷ πρὸς τὸν Κύριον, ἔδραμεν ἐξω τῆς πόλεως· καὶ ὕψωρ κλεύσας ἐνεχθῆναι ἐν ἄγγει, ἐν καμψάκῃ φημί, κακούδιον δὲ τοῦτο (28) οἱ ἐπιχωριοὶ καλοῦσι, λαθῶν τὸ αὐτὸ ἄγγος τοῦ ὕδατος ἐν-

(27) *Κόμητα γὰρ αὐτὸν κατέστησε.* Comitum dignitas nudus sine magistratu ac functione plerumque titulus fuit; ut ex Theodosiano codice constat. Hanc Constantinus plerisque, ut refert Eusebius, concessit. Eadem per honorarios codicillos a principe conferebatur. Qua de re ad Themistii orat. iv pluribus disputavimus, ubi ejusmodi codicilli δέλτοι σφρηλάτοι appelluntur a Themistio. In quo ridicula est anonymi conjectoris, qui de suburbicariis nuper scripsit, oscitantia cum pari impudentia conjuncta. Scripserat Themistius oratione illa iv, pag. edit. nostræ 117, se, cum posset omnibus illis ex imperatoris liberalitate commodis, ac voluptatibus, delictis esse perfrui, ὅποσα ταῖς δέλτοις ἀκολουθεῖ ταῖς σφρηλάτοις, hoc est, *que tabulas illas consequuntur malleo ductiles*, communibus illis fructibus fuisse contentum, quos cives cæteri publicis tessaris atque imperatoris largitione consequerentur. Hoc in loco δέλτους σφρηλάτους conjector nihil aliud quam tesseras esse contendit. Verum quid esse potest absurdius, quam ex tessaris illis frumentariis credere μακρὸν illum κατάλογον τῆς τροφῆς, καὶ τῆς εὐπαιθείας redundare posse? Præsertim cum, uti

mi beneficii loco postulavit, sibi ut in Judæorum pagis omnibus et oppidis exstruendarum in Christi honorem ecclesiarum potestas imperatoris edicto fieret. Quibus in locis nemo unquam ecclesias ædificare potuerat; quod nullus inter eos neque gentilis, neque Samaritanus, neque Christianus habitaret. Præsertimque Tiberiade, Diocæsareæ, quæ et Sephurim dicitur, Nazareti, Capharnaûmi, ubi diligenter hoc observant, nemo ut gentis alterius domicilium illic habeat.

XII. At Josephus acceptis cum ea potestate ac dignitate litteris Tiberiadem perrexit, unaque et diplomata secum attulit, quibus impensas e fisco caperet, cum privatim ipse stipendia ex eodem acciperet. Igitur Tiberiade ecclesiam ædificare cœpit. Erat in eadem urbe templum ingens olim exstructum, quod Adrianum, nisi fallor, appellabant. Quod cum imperfectum hactenus mansisset, oppidani publicas in balneas commutare studebant. Hoc Josephus nactus, ad id quod animo conceperat accommodare instituit. Et ut quadrato lapide quaternum cubitorum certam ad altitudinem erectum invenerat, veteri structuræ novam ecclesiæ molem imponere statuit. Ad id calce viva opus erat, reliquaque omni materia. Igitur caminos extra urbem fieri non paucos imperat, septenos circiter, quos vulgo fornaces nominant. Sub hæc Judæi ad audenda quælibet projecti ad usitata ei genti maleficia confugiunt. Etenim magicis carminibus ac præstigiis vim ignis impedire egregii homines aggressi sunt; sed non perpetuo potuerunt. At initio tamen cessabat ignis, nihilque coquebat, naturæ suæ velut officio destitutus. Tum qui suppeditando igni pabulo, virgulis scilicet ac fructicibus erant appositi, cum nihil se proficere animadverterent, rem ad Josephum deferunt. Pupugit ea res hominem, statimque cœlesti in Dominum ardore succensus extra urbem advolat; aquam postulat; affertur in æneo vase, quod campsæcen vulgo, illic cacubium vocant. Eo coram omnibus accepto (nam

dixi, tesserarum illa commoda, quæ cum cæteris communia caperet, illis opponat, quæ ταῖς δέλτοις ἀκολουθεῖ ταῖς σφρηλάτοις. Age vero; cum orat. vi, pag. 166, negat ἐπ' ἐκεῖνη τῇ δέλτῳ, qua πολιαρχίαν, hoc est urbis præfecturam, obtinuerat, gloriari sese; sed de alia potius, ἣν οὐκ ἐποίησαν ἐλεφαντουργοὶ οὐδὲ χρυσοχόοι, hoc est imperatoris filio, quem parens fidei suæ commiserat, estne ut frumentariam tesseram conjector hic somniet? Ut ad Josephum redeam, confer cum hoc loco quæ Eusebius ii et iii *De vita Constantini* refert, quanto hic constituendarum ubique ecclesiarum studio flagaverit, utque easdem publicis sumptibus exædificari voluerit.

(28) *Κακούδιον δὲ τοῦτο.* Forte Κοκούμιον. Habes hic aquæ benedictione consecratæ usum insignem atque fructum. Cui, cum hæc scriberem, affine quiddam ac geminum occurrit apud Photium, num. 96, ex Georgio Alexandrino in *Actis sancti Chrysostomi*. Ubi inter cætera Euclæe cuiusdam filium refert a B. Chrysostomo aquæ, cui signum crucis impresserat, aspersione desperatissimo a morbo liberatum.

ad hoc spectaculum Judæorum turba convenerat, ut rei eventum, ac quid tandem Josephus ageret viderent), **137** crucis signum super illud digito ducit, ac Jesu nomen invocans magna voce sic loquitur : In nomine Jesu Nazareni, quem mei pariter atque horum omnium, qui hic astant, majores in crucem egerunt, hæc aqua vim habeto ad magicas artes, maleficiaque omnia restinguenda, quæ isti compararunt, ab eademque vis igni sua restituitur, quo Domini domus absolvi possit. His dictis, fornacibus singulis aquam aspergit. Ita dissolutis præstigiis coram omnibus, ignis efferebuit. Quo miraculo commota turba magnis vocibus exclamavit : Unus est Deus, qui Christianos adjuvat ; itaque discessit. Ac sæpe alias vexantibus Judæis tandem veteris templi partem exstruxit, in eaque parvam ecclesiam condidit. Post inde discedens Scythopoli consedit. Diocæsareæ porro aliisque in oppidis postremo ecclesias edificavit. Ad hæc obiter narranda digressi fuimus, eorum occasione librorum, qui apud Judæos translati reperiuntur, cujusmodi est Joannis Evangelium, et apostolorum Actus Hebraice conversi. Sed de hac historica relatione hactenus.

XIII. Nunc ad inchoatam de Ebionitis narrationem regredior. Siquidem ob Matthæi Evangelium eo delapsa est oratio, ut ad eam quæ ad aures nostras pervenerat historiam enarrandam necessario sese converteret. Igitur in eo, quod penes illos est, Matthæi Evangelio, quanquam ne integrum quidem illud habent, sed adulteratum ac mutilum, idque ipsum Hebraicum vocant, ita scriptum est : Fuisse certum hominem, nomine Jesum, annorum circiter triginta, qui nos elegerit ; qui Capharnaum veniens in Simonis, cognomine Petri, ædes ingressus est, aperteque ore suo dixit : Cum secundum Tiberiadis locum transirem, Joannem et Jacobum Zebedæi filios elegi, et Simonem, et Andream, et Thaddæum, et Simonem Zeloten, et Judam Iscarioten, et te Matthæum ad telonium sedentem vocavi, ac me ipse secutus es. Volo itaque duodecim vos apostolos esse ad testimonium Israelis. Et erat Joannes baptizans, et exierant ad eum Pharisei, **138** et baptizati sunt, et omnis Hierosolyma. Ipse autem Joannes habebat vestimentum de pilis camelorum et zonam pelliceam circa lumbos suos : et cibus ejus erat mel silvestre, cujus sapor erat mannae similis, velut lagani fricti cum oleo. Quod eo faciunt, ut veritatis sermonem in mendacium commutent, et pro eo quod est ἀκρίδας, hoc est locustas, ἐγκρίδας, hoc est epichyta mellita substituunt. Porro Evangelium illorum sic incipit : Factum est in diebus Herodis regis Judææ, ut veniret Joannes ha-

(29) Οὗ ἡ γεῦσις ἦν τοῦ μάννα. Qui tam absurda interpretatione fucum hujc loco faciebant hæretici, ad ea respiciebant, quæ Exod. xvi et Num. xii, de manna leguntur : cujus gustus fuisse dici-

πιον πάντων (συνθηροῖσθῃ δὲ πλῆθος Ἰουδαίων ἐπὶ τὴν θέαν, τὸ ἀποθηρόσμενον ἰδεῖν σπουδάζοντες, καὶ ὃ τι ἐπιχειρήσειεν Ἰώσηπος πρόστειν), μεγάλη τῆ φωνῇ ὁ ἀνὴρ σταυροῦ σφραγίδα ἐπιθεὶς τῷ ἄγγει δια τοῦ ἰδίου δακτύλου, καὶ ἐπικαλεσάμενος τὸ ὄνομα Ἰησοῦ, εἶπεν οὕτως· Ἐν ὀνόματι Ἰησοῦ τοῦ Ναζωραίου, οὗ ἐσταύρωσαν οἱ πατέρες μου καὶ τούτων πάντων τῶν περιστώτων, γένηται δύναμις ἐν τούτῳ τῷ ὕδατι εἰς ἀθέτησιν πάσης φαρμακείας καὶ μαγείας, ἧς οὗτοι ἐπραξαν, καὶ εἰς ἐνέργειαν δυνάμεως τῷ πυρὶ εἰς τὸ ἐπιτελεσθῆναι τὸν οἶκον Κυρίου. Καὶ οὕτως λαμβάνει τὸ ὕδωρ ἐν τῇ χειρὶ, καὶ βραίνει ἐκάστῳ φούρνακι ἐκ τοῦ ὕδατος. Καὶ ἀνελύστο μὲν τὰ φάρμακα, τὸ πῦρ δὲ ἐνώπιον πάντων ἀνεβλύστανεν. Οἱ δὲ παρόντες ἔγλοι, κραυγάζαντες, Ἐἰς Θεὸς ὁ βοηθῶν τοῖς Χριστιανοῖς, ἀνεχώρησαν. Πολλάκις δὲ κακούτων τὸν ἄνδρα ἐκείνων, εἰς ὑπερῖον μέρος τι τοῦ ναοῦ ἐν Τιβεριάδι οἰκοδομήσας, καὶ μικρὰν ἐκκλησίαν ἀποτελέσας, οὕτως ἐκείθεν ἀνεχώρησεν. Ἐν Σκυθοπόλει δὲ ἐλθὼν, κατέμεινεν. Ἐν Διοκαισαρείᾳ δὲ καὶ ἄλλαις τισὶ τελείως ψυχοδόμησε. Ταῦτα δὲ πραχθέντα, καὶ ἐνταυθὰ μοι ἐπιμνησθέντα ἕνεκεν τῆς τῶν βίβλων ἐρμηνείας, πῶς ἀπὸ Ἑλληνίδος τὴ κατὰ Ἰωάννην Εὐαγγέλιον εἰς Ἑβραϊδα μετέπεσε, καὶ αἱ Πράξεις τῶν ἀποστόλων, ἕως ὧδε τὰ τῆς ἱστορίας καὶ ὑφηγήσεως ἐχέτω.

Γ'. Ἐπάνειμι δὲ τὴν κατὰ Ἐβίωνος ποιούμενος ἀκολουθίαν. Διὰ γὰρ τὸ κατὰ Ματθαῖον Εὐαγγέλιον προῖόν ὁ λόγος τὴν ἀκολουθίαν εἰς ἡμᾶς ἐλθούσης γνώσεως παραθέσθαι ἠνάγκασεν. Ἐν τῷ γοῦν παρ' αὐτοῖς Εὐαγγέλιῳ κατὰ Ματθαῖον ὀνομαζομένῳ, οὐκ ὄλην δὲ πληρυστάτῳ, ἀλλὰ νενοθευμένῳ, καὶ ἠκρωτηριασμένῳ, Ἑβραϊκὸν δὲ τοῦτο καλοῦσιν, ἐμφέρεται, ὅτι Ἐγένετο τις ἀνὴρ ὀνόματι Ἰησοῦς, καὶ αὐτὸς ὡς ἐτῶν τριάκοντα, ὃς ἐξελέξατο ἡμᾶς. Καὶ ἐλθὼν εἰς Καφarnaοῦμ, εἰσῆλθεν εἰς τὴν οἰκίαν Σίμωνος τοῦ ἐπικληθέντος Πέτρου, καὶ ἀνοίξας τὸ στόμα αὐτοῦ εἶπε, Παρερχόμενος παρὰ τὴν λίμνην Τιβεριάδος ἐξελεξάμην Ἰωάννην καὶ Ἰάκωβον υἱὸς Ζεβεδαίου, καὶ Σίμωνα, καὶ Ἀνδρέαν, καὶ Θαδδαῖον, καὶ Σίμωνα τὸν Ζηλωτὴν, καὶ Ἰούδαν τὸν Ἰσκαριώτην, καὶ σε τὸν Ματθαῖον καθεζόμενον ἐπὶ τοῦ τελωνίου ἐκάλεσα, καὶ ἠκολούθησάς μοι. Ὑμᾶς οὖν βούλομαι εἶναι δεκαδύο ἀποστόλους, εἰς μαρτύριον τοῦ Ἰσραὴλ. Καὶ ἐγένετο Ἰωάννης βαπτίζων, καὶ ἐξῆλθον πρὸς αὐτὸν Φαρισαῖοι, καὶ ἐβαπτίσθησαν, καὶ πᾶσα Ἱερουσόλυμα. Καὶ εἶχεν ὁ Ἰωάννης ἔνδυμα ἀπὸ τριχῶν καμήλου, καὶ ζώνην δερματίνην περὶ τὴν ὀσφῆν αὐτοῦ· καὶ τὸ βρώμα αὐτοῦ, ψησι, μέλι ἄγριον, οὗ ἡ γεῦσις ἦν τοῦ μάννα (29), ὡς ἐγκρίδι ἐν ἐλαίῳ· ἵνα δῆθεν μεταστρέψωσι τὸν τῆς ἀληθείας λόγον εἰς ψεῦδος, καὶ ἀντὶ ἀκρίδων ποιήσωσιν ἐγκρίδας ἐν μέλιτι. Ἡ δὲ ἀρχὴ τοῦ παρ' αὐτοῖς Εὐαγγελίου ἔχει, ὅτι Ἐγένετο ἐν ταῖς ἡμέραις Ἡρώδου τοῦ βασιλέως τῆς Ἰουδαίας, ἦλθεν Ἰωάννης βαπτίζων

tur, ὡς ἐγκρίδι ἐν ἐλαίῳ. Sed nec minus ridicule nostri temporis hæretici quidam vocem ἀκρίδας depravare conati sunt.

βάπτισμα μετανοίας ἐν τῷ Ἰορδάνῃ ποταμῷ, ὃς ἐλέγετο εἶναι ἐκ γένους Ἀαρὼν τοῦ ἱερέως, παῖς Ζαχαρίου καὶ Ἐλισάβετ, καὶ ἐξήρχοντο πρὸς αὐτὸν πάντες. Καὶ μετὰ τὸ εἰπεῖν πολλά, ἐπιφέρει, ὅτι, Τοῦ λαοῦ βαπτισθέντος, ἦλθε καὶ Ἰησοῦς, καὶ ἐβαπτίσθη ὑπὸ τοῦ Ἰωάννου. Καὶ ὡς ἀνῆλθεν ἀπὸ τοῦ ὕδατος, ἤνοιγαν οἱ οὐρανοὶ, καὶ εἶδε τὸ Πνεῦμα τοῦ Θεοῦ τὸ ἅγιον ἐν εἰδει περιστερᾶς καταλοῦσης καὶ εἰσελοῦσης εἰς αὐτόν. Καὶ φωνὴ ἐγένετο ἐκ τοῦ οὐρανοῦ, λέγουσα· *Σὺ μου εἶ ὁ Υἱὸς ὁ ἀγαπητός, ἐν σοὶ ἠδδόκησα*· καὶ πάλιν· *Ἐγὼ σήμερον γεγέννηκά σε*. Καὶ εὐθὺς περιέλαμψε τὸν τόπον φῶς μέγα. Ὁ ἰδὼν, φησὶν, ὁ Ἰωάννης λέγει αὐτῷ· *Σὺ τίς εἶ, Κύριε*; καὶ πάλιν φωνὴ ἐξ οὐρανοῦ πρὸς αὐτόν· *Ὁυτός ἐστὶν ὁ Υἱὸς μου ὁ ἀγαπητός, ἐφ' ὃν ἠδδόκησα*. Καὶ τότε, φησὶν, ὁ Ἰωάννης προσπεσὼν αὐτῷ ἔλεγε· *Δέομαί σου, Κύριε, σὺ με βάπτισον*. Ὁ δὲ ἐκώλυεν αὐτῷ, λέγων· *Ἄφες, ὅτι οὕτως ἐστὶ πρότερον πληρωθῆναι πάντα*.

ΙΔ'. Ὅρα δὲ τὴν παρ' αὐτοῖς παραπεποιημένην πανταχόθεν διδασκαλίαν, πῶς πάντα χωλὰ, λοξὰ, καὶ σὺδεμίαν ὀρθότητα ἔχοντα. Ὁ μὲν γὰρ Κήρινθος καὶ Καρποκράς, τῷ αὐτῷ χρώμενοι δὴθεν παρ' αὐτοῖς Εὐαγγελίῳ ἀπὸ τῆς ἀρχῆς τοῦ κατὰ Ματθαῖον Εὐαγγελίου διὰ τῆς γενεαλογίας, βούλονται παριστᾶν ἐκ σπέρματος Ἰωσήφ καὶ Μαρίας εἶναι τὸν Χριστόν. Οὗτοι δὲ ἄλλα τινὰ διανοοῦνται. Παρακόψαντες γὰρ τὰς παρὰ τῷ Ματθαίῳ γενεαλογίας, ἄρχονται τὴν ἀρχὴν ποιεῖσθαι, ὡς προείπον, λέγοντες, ὅτι Ἐγένετο, φησὶν, ἐν ταῖς ἡμέραις Ἡρώδου βασιλείως τῆς Ἰουδαίας ἐπὶ ἀρχιερέως Καϊάφα, ἦλθέ τις Ἰωάννης ἀνόμιμα βαπτίζων βάπτισμα μετανοίας ἐν τῷ ποταμῷ Ἰορδάνῃ, καὶ τὰ ἐξῆς. Ἐπειδὴ γὰρ βούλονται τὸν μὲν Ἰησοῦν ὄντως ἀνθρωπον εἶναι, ὡς προείπον, Χριστόν δὲ ἐν αὐτῷ γεγενῆσθαι τὸν ἐν περιστερᾶς¹ καταθεθῆκότα, καθάπερ ἦδη καὶ παρ' ἄλλαις αἰρέσεσιν εὐρίσκομεν συναφθέντα αὐτῷ, καὶ εἶναι αὐτὸν τὸν Χριστόν ἐκ σπέρματος ἀνδρὸς καὶ γυναικὸς γεγενῆμένον. Πάλιν δὲ ἀρνοῦνται εἶναι αὐτὸν ἀνθρωπον δὴθεν ἀπὸ τοῦ λόγου, ὃ ἐρχεν ὁ Σωτὴρ ἐν τῷ ἀναγγεῖλαι αὐτόν, ὅτι *Υἱὸν ἢ μήτηρ σου καὶ οἱ ἀδελφοὶ σου ἐξ ὧ ἐστήκασιν*, ὅτι *Τίς μου ἐστὶ μήτηρ καὶ μου ἀδελφοί; Καὶ ἐκτείνας ἐπὶ τοὺς μαθητὰς τὴν χεῖρα, ἔφη· Οὐτρί εἰσιν οἱ ἀδελφοί μου καὶ ἡ μήτηρ, οἱ ποιοῦντες τὰ θελήματα τοῦ Πατρὸς μου*. Ἐντεῦθεν, ὡς ἔφη τῆς πάσης κωθείας μεμεστῶμένος ὁ Ἐβίων διὰ πολλῶν μορφῶν ὑποφαίνει ἑαυτόν· ὡς εἶναι τεράστιον κατὰ τὰ ἄνω μοι προδεδηλωμένα.

ΙΕ'. Χρῶνται δὲ καὶ ἄλλαις τισὶ (30) βίβλοις, δὴθεν ταῖς *Περίδοις* καλουμέναις *Πέτρον*, ταῖς διὰ Κλήμεντος γραφείσαις, νοθεύσαντες μὲν τὰ ἐν αὐταῖς, ὀλίγα δὲ ἀληθινὰ ἐάσαντες, ὡς αὐτὸς Κλήμης αὐτοῖς κατὰ πάντα ἐλέγχει, ἀφ' ὧν ἔγραψεν *Ἐπι-*

¹ Supple εἶδει. ² Matth. xii, 47-50.

(30) Χρῶνται δὲ καὶ ἄλλαις τισὶ. De libro, qui *Περίδοι Πέτρον* inscriptus erat, meminit Athan. in *Syn.* et inter apocrypha eum aliis recenset. Vel-

utizans baptismo pœnitentiæ in Jordane fluvio, quem ferebatur ex genere esse Aaronis sacerdotis, filius Zachariæ et Elizabethæ et egrediebantur ad illum omnes. Tum longe postea subjungit: Baptizato populo venit et Jesus, et a Joanne baptizatus est. Cumque ascendisset ex aqua, aperti sunt cœli, et vidit Spiritum Dei sanctum columbæ specie descendentis et intrantis in sese. Et vox reddita de cœlo dicens: *Tu es Filius meus dilectus, in te mihi complacui*. Et iterum: *Ego hodie genui te*. Statimque eo in loco lux ingens affulsit. Qua conspecta Joannes sic eum alloquitur: *Tu quis es, Domine?* Rursumque lapsa vox de cœlo: *Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi complacui*. Ad hæc Joannes ad ejus pedes accidens: *Quæso, inquit, Domine, tu me ipse baptiza*. At ille prohibebat eum dicens: *Sine; ita enim decet nos implere omnia*.

XIV. Vide quam sit eorum undequaque depravata doctrina; quam claudicantia, distortaque sint omnia, nec recti quidquam contineant. Cerinthus enim et Carpocrates eodem Mathæi, ut quidem volunt, Evangelio freti, ex ejus initio Christique genealogia probare nituntur, Christum e Josephi et Mariæ semine esse procreatum. Illi contra aliud omnino statuunt. Nam omni illa genealogia amputata, inde unde diximus deducunt: Factum est in diebus Herodis regis Judææ, sub principe sacerdotum Caipha, ut veniret quidam, Joannes nomine, baptizans baptismo pœnitentiæ in Jordane fluvio, etc. Quandoquidem Jesum, ut diximus, merum hominem exstitisse putant, in eoque **139** resedisse Christum, qui columbæ specie sit illapsus, cum eoque conjunctus; id quod aliis insuper hæresibus placuisse reperio; ita Jesum ipsum esse Christum ex utriusque parentis semine prognatum. Rursum vero non hominem esse Christum ex hoc ejus responso colligunt, quod, cum renuntiatum esset: *Ecce mater tua et fratres tui foris stant, hunc in modum reddidit: Quæ est mater mea, et fratres mei? et extendens manum in discipulos dixit: Hi sunt fratres mei, et mater mea, qui faciunt voluntatem Patris mei*². Hinc ille præstigiis instructus Ebion varias se in larvas atque effigies deformat, ut ex iis quæ initio dicta sunt tetrum et horribile quoddam esse monstrum appareat.

XV. Sunt et alii libri quibus utuntur, velut *Petri circuitus* a Clemente conscripti, quo in libro paucis veris relictis cætera supposuerunt: quemadmodum Clemens ipse omnibus illos modis redarguit iis *Epistolis circularibus*, quæ ab eo scriptæ in

uti sunt *Περίδοι Πέτρον*, *Περίδοι Ἰωάννου*, *Περίδοι Θωμᾶ*, *Εὐαγγέλιον κατὰ Θωμᾶ*, *Διδαχὴ ἀποστόλων*, *Κλημέντια*, etc. [Vide *Patr. Gr.* t. I et II.]

sacrosanctis ecclesiis leguntur. Ex quibus constat longe ab iis quæ in *Circuitibus* illis sub ejus nomine adulterina exstant, illius fidem ac sermonem abhorruisse. Etenim virginitatem Clemens edocuit, isti repudiant: ille Eliam Davidem et Sampsonem omnesque prophetas commendat; Ebionitæ detestantur. Quare in *Circuitibus* istis suum ad institutum accommodarunt omnia, ac de Petro plurima mendacia confinxerunt. Cujusmodi est inter cætera, quotidie illum castimonie causa lavisse, quod isti facere consueverunt. Tum ab animatis omnibus et carnibus, reliquoque omni, quod carne constet, abstinuisse; quoniam ab iis tam Ebion olim, quam hodie Ebionitæ omnes abhorrent. Cumque aliquem ex illis interrogaveris, cur tandem ab animatis sese contineat, aliud nihil præter hoc imperitum et insulsum excipiet, quod illa e corporum coitu concubituque gignantur, se idcirco non vesci. Ex quo illud consequens est, hios ipsos qui ex eodem viri feminæque complexu nati sunt, abominandos esse, si vera sunt quæ ex ore suo stulte ac ridicule voverunt.

XVI. Cæterum baptismo quoque præter quotidianum illum initiantur, et ex Christianorum Ecclesieque imitatione mysteria quædam quotannis celebrant, **140** in quibus panes azymos, et ad alteram mysterii partem meram aquam adhibent. Duos, ut jam dixi, a Deo constitutos asserunt, Christum et diabolum. Quorum illi futuri, huic presentis sæculi potestas est commissa, idque adeo Omnipotentis illius mandato ad ejusque postulationem esse factum. Ob id Jesum ex virili semine productum affirmant, et electum; itaque Dei Filium appellatum ab eo Christum, qui in ipsum columbæ figura de cælo delapsus est. Negant vero a Deo illum esse Patre genitum, sed tanquam unum ex archangelis creatum, et iis tamen majorem; qui et angelis, et universis quæ sunt ab Omnipotente condita dominetur, et in hunc orbem veniret, atque hoc, quod est in illorum Evangelio, docuerit: Ego, inquit, ad abroganda sacrificia veni, et nisi sacrificare desieritis, Dei in vos ira non cessabit: Ejusmodi ergo illorum instituta sunt. Præterea apostolorum alios Actus circumferunt, in quibus plurima sunt impietatis illorum vestigia; hujusque potissimum auctoritate libri ad oppugnandam veritatem armantur. Quippe certos illic gradus, in iisque Jacobi narrationes quasdam explicant, quibus adversus templum et sacrificia, ignemque qui est in altari declamans inducitur.

Accedunt et alia quamplurima longe stolidissima. Ut vel Paulum ipsum illic accusare non erubuerint mendacissimis quibusdam sermonibus, quos falso- rum ex illo grege apostolorum error atque improbitas excogitavit. Siquidem Tarsensem illum no-

¹ Del. forte τὰ.

Α *στολῶν ἐγκυκλίων* τῶν ἐν ταῖς ἁγίαις ἐκκλησίαις ἀναγιγνωσκόμενων, ὅτι ἄλλον ἔχει χαρακτήρα ἢ ἐαυτοῦ πίστις καὶ ὁ λόγος παρὰ τὰ ὑπὸ τούτων εἰς ὄνομα αὐτοῦ ἐν ταῖς *Περίοδοις* νενοθευμένα. Αὐτὸς γὰρ παρθενίαν διδάσκει, καὶ αὐτοὶ οὐ δέχονται. Αὐτὸς γὰρ ἐγκωμιάζει Ἥλιον καὶ Δαβὶδ καὶ Σαμψὼν καὶ πάντας τοὺς προφῆτας, οὓς οὗτοι βδελύττονται. Ἐν ταῖς οὖν *Περίοδοις* τὸ πᾶν εἰς ἑαυτοὺς μετήνεγκαν καταψευσάμενοι Πέτρου κατὰ πολλοὺς τρόπους, ὡς αὐτοῦ καθ' ἡμέραν βαπτιζομένου ἀγνισμοῦ ἕνεκεν, καθάπερ καὶ οὗτοι ἐμφύχων τε τὸν αὐτὸν ἀπέχεσθαι καὶ κρεῶν, ὡς καὶ οὗτοι, καὶ πάσης ἄλλης ἐδωδῆς τῆς ἀπὸ σαρκῶν πεποιημένης λέγουσιν, ἐπειδὴ περ καὶ αὐτὸς Ἐβίων καὶ Ἐβιονίται παντελῶς ἀπέχονται τούτων. Ὅταν δὲ ἐρωτήσῃς ἕνα τῶν αὐτῶν, τί- νος ἕνεκεν ἐμφύχων οὐ μεταλαμβάνουσι, μὴ ἔχοντές τι διηγῆσασθαι, ἀποκρίνονται ἀσυνέτως, καὶ λέγουσι, Διὰ τὸ ἐκ συνουσίας καὶ μίξεως σωμάτων εἶναι αὐτὰ, οὐ μεταλαμβάνομεν· ὡς εἶναι αὐτοὺς ὄλους τοὺς ἀπὸ ἐπιμιξίας ἀνδρὸς τε καὶ γυναικὸς βδελυκτοὺς, κατὰ τὰ ὑπὸ τοῦ στόματος αὐτῶν ληρωδῶς ἐξεμεθέοντα.

ΙΖ'. Βάπτισμα δὲ καὶ αὐτοὶ λαμβάνουσι χωρὶς ἑν καθ' ἡμέραν βαπτίζονται. Μυστήρια δὲ δῆθεν τελουσι κατὰ μίμησιν τῶν ἁγίων ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ ἀπὸ ἐνιαυτοῦ εἰς ἐνιαυτὸν διὰ ἄζύμων, καὶ τὸ ἄλλο μέρος τοῦ μυστηρίου δι' ὕδατος μόνου. Δύο δὲ τινες, ὡς ἔφην, συνιστῶσιν ἐκ Θεοῦ τεταγμένους, ἕνα μὲν τὸν Χριστὸν, ἕνα δὲ τὸν διάβολον· καὶ τὸν μὲν Χριστὸν λέγουσι τοῦ μέλλοντος αἰῶνος εἰληφέναι τὸν κληρὸν, τὸν δὲ διάβολον τούτων πεπιστεῦσθαι τὸν αἰῶνα, ἐκ προσταγῆς δῆθεν τοῦ Παντοκράτορος κατὰ αἵτησιν ἑκατέρων αὐτῶν. Καὶ τούτου ἕνεκα Ἰησοῦν γεγεννημένον ἐκ σπέρματος ἀνδρὸς λέγουσι, καὶ ἐπιλεχθέντα, καὶ οὕτω κατὰ ἐκλογὴν Ἰῶν Θεοῦ κληθέντα, ἀπὸ τοῦ ἀνοθεν εἰς αὐτὸν ἦκοντος Χριστοῦ ἐν εἴδει περιστερᾶς. Οὐ φάσκουσι δὲ ἐκ Θεοῦ Πατρὸς αὐτὸν γεγεννησθαι, ἀλλὰ ἐκτίσθαι, ὡς ἕνα τῶν ἀρχαγγέλων, μείζονα δὲ αὐτῶν ὄντα· αὐτὸν δὲ κυριεύειν καὶ ἀγγέλων καὶ πάντων ὑπὸ τοῦ Παντοκράτορος πεποιημένων, καὶ ἐλθόντα καὶ ὑψηγῆσάμενον, ὡς τὸ παρ' αὐτοῖς Εὐαγγέλιον καλούμενον περιέχει, ὅτι ἦλθον καταλῦσαι τὰς θυσίας, καὶ ἐὰν μὴ παύσηθε τοῦ θύειν, οὐ παύσεται ἀφ' ὑμῶν ἡ ὀργή.

Δ Καὶ ταῦτα καὶ τοιαῦτά τινά ἐστι τὰ παρ' αὐτοῖς ἐπιτηδεύματα. Πράξεις δὲ ἄλλας καλοῦσιν ἀποστόλων εἶναι, ἐν αἷς πολλὰ τῆς ἀσεβείας αὐτῶν ἔμπλεα, ἐνθεν τὰ ¹ οὐ παρέργως κατὰ τῆς ἀληθείας ἑαυτοὺς ὥπλισαν. Ἀναβαθμοὺς γὰρ τινες καὶ ὑψηγῆσεις δῆθεν ἐν τοῖς ἀναβαθμοῖς Ἰακώβου ὑποτίθενται, ὡς ἐξηγουμένους κατὰ τε τοῦ ναοῦ καὶ τῶν θυσιαῶν, κατὰ τε τοῦ πυρὸς τοῦ ἐν τῷ θυσιαστηρίῳ.

Καὶ ἄλλα πολλὰ κενοφωνίας ἔμπλεα· ὡς καὶ τῷ Παύλου ἐνταῦθα κατηγοροῦντες οὐκ αἰσχύνονται ἐπιπλάστοις τισὶ τῆς τῶν ψευδοποστόλων αὐτῶν κακουργίας καὶ πλάνης λόγους πεποιημένοις· Ταρσέα μὲν αὐτὸν, ὡς αὐτὸς ὁμολογεῖ, καὶ οὐκ ἀρεῖται, λέ-

γοντες· ἐξ Ἑλλήνων δὲ αὐτὸν ὑποτίθενται, λαβόντες τὴν πρόφασιν ἐκ τοῦ τόπου διὰ τὸ φιλάληθες ὑπ' αὐτοῦ ῥηθῆναι, ὅτι *Ταρσεύς εἰμι, οὐκ ἀσήμεν πόλεως πολίτης*. Εἶτα φάσκουσιν αὐτὸν εἶναι Ἑλληνα, καὶ Ἑλληνίδος μητρὸς καὶ Ἑλληνος πατρὸς παῖδα. Ἀναθεθήκεναι δὲ εἰς Ἱεροσόλυμα, καὶ χρόνον ἐκεῖ μεμενηκέναι· ἐπιτεθυμηκέναι δὲ θυγατέρα τοῦ ἱερέως πρὸς γάμον ἀγαγέσθαι, καὶ τούτου ἕνεκα προσήλυτον γενέσθαι, καὶ περιτμηθῆναι. Εἶτα μὴ λαβόντα τὴν κόρην ὠργίσθαι, καὶ κατὰ ἐπιτομῆς γεγραφέναι, καὶ κατὰ Σαββάτου καὶ νομοθεσίας.

IZ. Ἀλλὰ κατὰ πάντα τρόπον συκοφαντεῖ ὁ δεινὸς ὄψις οὗτος, καὶ πτωχὸς τῇ διανοίᾳ. Ἐβίων γὰρ ἔχει ἀπὸ Ἑβραϊκῆς εἰς Ἑλλάδα φωνὴν τὴν ἐρμηνείαν *πτωχός*. Πτωχὸς γὰρ ὡς ἀληθῶς καὶ τῇ διανοίᾳ καὶ τῇ ἐλπίδι καὶ τῷ ἔργῳ, Χριστὸν ἀνθρώπου ψιλὸν νομίσας, καὶ οὕτως ἐν πτωχείᾳ πίστεως τὴν ἐλπίδα περὶ αὐτοῦ κεκτημένος. Αὐτοὶ δὲ δῆθεν σεμνύνονται, ἑαυτοὺς φάσκοντες πτωχοὺς, διὰ τὸ, φασίν, ἐν χρόνοις τῶν ἀποστόλων πωλεῖν τὰ αὐτῶν ὑπάρχοντα, καὶ τιέναι παρὰ τοὺς πόδας τῶν ἀποστόλων, καὶ εἰς πτωχείαν καὶ ἀποταξίαν μετεληλυθέναι. Καὶ διὰ τοῦτο καλεῖσθαι ὑπὸ πάντων φασὶ πτωχοί. Οὐδὲ τοῦτο δὲ ἀληθές παρ' αὐτοῖς, ἀλλὰ φύσει τῷ ὄντι Ἐβίων ἐκαλεῖτο, κατὰ προφητείαν, οἶμαι, ὁ πτωχὸς καὶ τάλας, τὸ ὄνομα ἐκ πατρὸς αὐτοῦ καὶ μητρὸς αὐτοῦ κεκληρωμένος. Πόσα δὲ ἄλλα δεινὰ καὶ παραποιημένα, καὶ μοχθηρίας γέμοντα παρ' αὐτοῖς ἐπιτηδεύεται; Ὅταν γὰρ τις ἐξ αὐτῶν ἢ νόσφ' περιπέσοι, ἢ ὑπὸ ἑοπετοῦ δηχθεῖη, κάτεισιν εἰς τὰ ὕδατα, καὶ ἐπικαλεῖται τὰς ἐπινομίας τὰς ἐν τῷ Ἠλξαί τοῦ οὐρανοῦ καὶ τῆς γῆς, τῆς τε ἀλῆς καὶ τοῦ ὕδατος, τῶν τε ἀνέμων καὶ ἀγγέλων τῆς δικαιοσύνης, φασί, καὶ τοῦ ἄρτου καὶ ἐλαίου. Καὶ ἄρχεται λέγειν, Βοηθήτε μοι, καὶ ἀπαλλάξατε ἀπ' ἐμοῦ τὸ ἄλγημα.

Ἦδη δὲ μοι καὶ ἀνωτέρω προεδήλωται, ὡς ταῦτα μὲν Ἐβίων οὐκ ἤδει, μετὰ καιρὸν δὲ οἱ σὺν αὐτῷ συναφθέντες τῷ Ἠλξαί ἐσχίχασιν μὲν τοῦ Ἐβίωνος τὴν περιτομὴν καὶ τὸ Σάββατον καὶ τὰ ἔθη· τοῦ δὲ Ἠλξαί τὴν φαντασίαν ὥστε νομίζειν μὲν τὸν Χριστὸν εἶναι τι ἀνδροεικελον ἐκτύπωμα ἀόρατον ἀνθρώποις, μιλίων ἐνενηκονταεξ τὸ μήκος, δῆθεν σχολίων εἰκοσιτεσσάρων, τὸ δὲ πλάτος σχολίων ἕξ, μιλίων εἰκοσιτεσσάρων· τὸ πάχος δὲ κατὰ μέτρησιν ἄλλην τινά. Ἀντικρὺ δὲ αὐτοῦ ἐστάναι καὶ τὸ ἅγιον Πνεῦμα ἐν εἰδει θηλείας ἀοράτως· καὶ τὸ αὐτὸ τοῦ αὐτοῦ μέτρου. Καὶ πόθεν, φησὶν, ἔγνω τὰ μέτρα; Ἐπειδὴ, φησὶν, εἶδον ἀπὸ τῶν ὀρέων, ὅτι αἱ κεφαλαὶ ἐφθανον αὐτῶν· καὶ τὸ μέτρον τοῦ θρους καταμαθὼν, ἔγνω Χριστοῦ τε καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος τὰ μέτρα. Ἦδη δὲ μοι περὶ τούτων εἰρηται ἐν τῇ κατὰ Ὀσσαίων αἰρέσει. Ἐν παρεξόδῳ δὲ ταῦτα πεποίημαι νῦν, ἵνα μὴ τὰ παρ' ἐκάστη ἔθνη τε καὶ αἰρέσει ὄντα, εὐρισκόμενα δὲ καὶ παρ' ἑτέροις, νομισθεῖη κατὰ λήθην ὑφ' ἡμῶν εἰρηθεῖαι.

¹ Act. xxi, 39. Act. iv, 34.

minant; id quod ipse non negat, imo palam proficitur. Addunt et a gentilibus oriundum esse, cuiusdam occasione loci, in quo ipse quod res erat ingenue proponit. *Tarsensis*, inquit, *ego sum, nec urbis obscura civis* ¹. Ex quo gentilem fuisse colligunt, et utroque parente gentili procreatum. Cumque Hierosolymum accessisset, et ibidem aliquandiu mansisset, pontificis filiam ducere statuisse. Quare proselytum se fecisse, ac circumcisionem usurpasse. Postea quod ab eo conjugio excidisset, iratum adversus circumcisionem et Sabbatum, legemque scripsisse.

XVII. Sed apertam calumniam struit callidus ille serpens, animoque **141** mendicus. Ebion quippe Hebraica vox Græca lingua *mendicum* sonat. Est autem hæreticus iste revera mente, spe factisque mendicus, utpote qui Christum merum esse hominem existimet, in eoque spem cum quadam fidei mendicitate collocet. At enim isti de ea re gloriantur, seque mendicos prædicant, quod apostolorum, inquit, tempore mos esset bona sua distrahere, et ad illorum pedes abjicere ². Itaque se illorum exemplo ad mendicantem redigi, ac bonis omnibus abdicare, proindeque passim mendicos appellari. Sed hoc ab illis ex ingenio confictum est; nam Ebioni proprium hoc erat nomen, non sine vaticinio tamen aliquo, quo mendicus infelixque fore significaretur, cum a parentibus id nominis accepisset. Quam verò alia multa et perperam affectata, et scelerata ac nefaria eorum instituto geruntur! Quoties enim aliquis illorum in morbum incidit, aut a serpente morsus est, ad aquas descendit. Ibi appellationes omnes, quæ Elxai complexus est, invocant, cæli videlicet ac terræ, salis et aquæ, ventorum et angelorum, ut vocant, justitiæ; panis item et olei. Deinde solemne hoc carmen concipit: *Adeste mihi, et hunc a me dolorem depellite.*

Jam hoc antea declaravimus, omnia hæc Ebionem nescisse; ejusque discipulos aliquanto post cum Elxai coalescentes ab Ebione circumcisionem ac Sabbatum, aliosque ritus accepisse. Ab Elxai vero somnium illud, ut Christum formam esse quamdam humanæ similem, neque hominibus aspectabilem esse fingerent; longitudine millium xcvi, qui sunt schœni quatuor et viginti; latitudine schœnorum vi, hoc est millium xxiv; crassitudini denique aliam mensuram attribuunt. Prope ipsum vero stare Spiritum sanctum muliebri figura, ita tamen ut videri nequeat; ejusdemque esse mensuræ. Roges unde eas mensuras acceperint. E montibus, inquit, observatas habemus, quorum ad verticem illorum capita pertingebant; quare montium altitudinem dimensi, Christi ac sancti Spiritus magnitudinem comperimus. Verum de his in Ossæorum hæresi jam ante disputavimus. Et nunc obiter ea perstrinximus, ne quod penes unamquamque nationem ac sectam reperitur, id si in aliis quoque cerneretur, alieno loco per oblivionem commemoratum putares.

142 XVIII. Ergo Ebion tametsi in Asia, ac Romæ errorem suum disseminaverit, nihilominus spinosorum suorum germinum stolonumque radices ex Nabathæa atque Paneade potissimum trahit, ne non et Moabitide, Cochabisque, quod Basanitidis oppidum est trans Adraos : et in insula Cypro. Est hoc illis insuper in more positum, ut adolescentulos citra maturam ætatem ad nuptias compellant, idque adeo a magistris potestate facta. Habent enim presbyteros suos, ac synagogæ principes; nam synagogam conventus suos, non ecclesiam nominant, ac Christi solum nomen præ se ferunt. Neque vero unis duntaxat nuptiis affinitates inter se conjungunt, sed si cui divortium facere libuerit, ac novum inire matrimonium, ad tertias et septimas usque nuptias permittunt. Quidvis enim apud illos agere conceditur. Porro Abrahamum, et Isaacum, ac Jacobum, et Moysen, atque Aaronem admittunt, una cum Jesu, filio Nave, qui Moysis duntaxat successor, neque quidquam amplius fuerit. Secundum hos, nullum alium ex prophetis asciscunt, sed cum execratione proscribunt ac derident, puta Davidem et Salomonem, atque Isaiam, Jeremiam, Danielelem, Ezechielem; quibuscum Eliam atque Eliseum repudiant. Neque enim illorum vaticiniis assentiuntur, sed iis maledicentissime detrahunt; sed neque aliud præter Evangelium recipiunt. Quod ad Christum spectat, veritatis hunc esse prophetam sentiunt, et Christum Dei Filium progressionem quadam virtutis, et conjunctione cum Deo factum, quatenus ad sublimia cœlestiaque provector est. Prophetas vero non veritatis, sed intelligentiæ esse prophetas arbitrantur. Proinde Jesum solum prophetam et hominem, Deique Filium esse, licet merus homo sit, ut jam diximus. Qui ob egregiam virtutem Dei Filius appellari meruerit. Neque vero Moysis Pentateuchum integram admittunt, sed quædam verba circumscribunt. Quod si de esu animatorum illud objicias : Cur Abrahamus vitulum cum lacte angelis apposuerit¹; aut cur Noemus illa comederit, et divinitus responsum acceperit, *Macla et manduca*² : quidve insuper Isaacus et Jacobus, ac Moyses similiter in solitudine sacrificaverint : negat Ebionita se illis credere. Et quid mea refert, inquit, ubi semel

143 Evangelium allatum est, quæ in lege continentur evolvere? Undenam igitur tenes quæ ad Moysen, Abrahamumque pertinent? Novi enim a vobis justos illos prædicari, iisque vos parentibus

¹ Gen. xviii, 39. ² Gen. ix, 3. ³ Leg. fortasse τε.

(31) Από τε τῆς Ναβαθάας. Corrupta vox est Ναβαθάας. Neque enim iis in locis Nabatea ulla, nisi fallor. Nabathæa quidem, sive Nabatæa Arabiæ Felicis regio est, aut ei certe proxima, hoc est Petrææ pars. Quare non dubito quin Batanea hoc loco legendum sit. Quæ est Syriæ regio, Palmyrenæ vicina, et Pancadi; Ptolem. Steph. : Βατανάει συνοικία Συρίας, ἢ καὶ Βατανάει ἐνικῶς. Adde et in Og regno fuisse. Hinc pro eo, quod Hebræi, Græcique Og regem Basan appellant, Chaldaeus ܡܡܘܪ habet, quod

III. Οὗτος μὲν οὖν ὁ Ἐβίων καὶ αὐτὸς ἐν τῇ Ἀσίᾳ τὸ εἶχε κήρυγμα καὶ Ῥώμη, τὰς δὲ ῥίζας τῶν ἀκανθῶδων παραφυάδων ἔχουσιν ἀπὸ τε τῆς Ναβαθάας (31) καὶ Πανεάδος τὸ πλεῖστον, Μωαβιτιδὸς τε καὶ Κωχάβων τῆς ἐν τῇ Βασανίτιδι γῆ ἐπέκεινα Ἀδραῶν· ἀλλὰ καὶ ἐν τῇ Κύπρῳ. Ἀναγκάζουσι δὲ, καὶ παρ' ἡλικίαν ἐγκαμίζουσι τοὺς νέους, ἐξ ἐπιτροπῆς δῆθεν τῶν παρ' αὐτοῖς διδασκαλίων. Πρεσβυτέρους γὰρ οὗτοι ἔχουσι καὶ ἀρχισυναγωγούς. Συναγωγὴν δὲ οὗτοι καλοῦσι τὴν ἑαυτῶν ἐκκλησίαν, καὶ οὐχὶ ἐκκλησίαν· τῷ Χριστῷ δὲ ὀνόματι μόνον σεμνύονται· καὶ οὐ μόνον ἐνί τινι γάμῳ τὰς συναφείας ποιῶσθαι, ἀλλ' εἰ καὶ θελήσειέ τις τοῦ πρώτου γάμου διαζεύχουσθαι, ἐτέρῳ δὲ συνάπτουσθαι, ἐπιτρέπουσιν ἄχρι καὶ δευτέρου καὶ τρίτου καὶ ἐξ ἑξῆς γάμου. Πάντα γὰρ παρ' αὐτοῖς ἀδελφῶς πράττεται. Ἀβραάμ δὲ ὁμολογοῦσι καὶ Ἰσαὰκ καὶ Ἰακώβ· Μωϋσῆν τε καὶ Ἀαρὼν, Ἰησοῦν τε τὸν τοῦ Ναυῆ, ἀπλῶς διαδεξάμενον Μωϋσέα, οὐδὲν δὲ ἔντα. Μετὰ τοῦτους δὲ οὐκέτι ὁμολογοῦσιν τινα τῶν προφητῶν, ἀλλὰ καὶ ἀναθεματίζουσι καὶ χλευάζουσι, Δαβὶδ τε καὶ τὸν Σαλομῶνα, ὁμοίως δὲ τοὺς περὶ Ἰσαίαν καὶ Ἰερεμίαν καὶ Δανιὴλ καὶ Ἰεζκιήλ· Ἥλιαν τε καὶ Ἐλισσαῖον ἀθετοῦσιν. Οὐ γὰρ συντίθενται, βλασφημοῦντες τὰς αὐτῶν προφητείας· ἀλλὰ μόνον τὴν εὐαγγέλιον δέχονται. Τὸν δὲ Χριστὸν προφήτην λέγουσι τῆς ἀληθείας, καὶ Χριστὸν ὕδιν Θεοῦ κατὰ προκοπὴν, καὶ κατὰ συνάφειαν ἀναγωγῆς τῆς ἀνωθεν πρὸς αὐτὸν γεγεννημένης. Τοὺς δὲ προφήτας λέγουσι συνέσεως (32) εἶναι προφήτας, καὶ οὐκ ἀληθείας. Αὐτὸν δὲ μόνον θέλουσιν εἶναι προφήτην, καὶ ἀνθρωπῶν, καὶ ὕδιν Θεοῦ, καὶ Χριστὸν· καὶ ψιλὸν ἀνθρωπῶν, ὡς προείπομεν, διὰ δὲ ἀρετὴν βίου ἤκοντα εἰς τὸ καλεῖσθαι ὕδιν Θεοῦ. Οὐτε γὰρ δέχονται τὴν Πεντάτευχον Μωϋσεῶς ὅλην, ἀλλὰ τινα βήματα ἀποβάλλουσι. Ὅταν δὲ αὐτοῖς εἴπῃς περὶ ἐμφύχων βρώσεως· Πῶς οὖν Ἀβραάμ παρέθετο τοῖς ἀγγέλοις τὸν μόσχον καὶ τὸ γάλα; ἢ πῶς ἔφαγε Νῶε, καὶ ἤκουσεν ἀπὸ Θεοῦ λέγοντος, Ἔσθω καὶ φάγε; πῶς δὲ Ἰσαὰκ καὶ Ἰακώβ ἔθυσαν τῷ Θεῷ, ὁμοίως δὲ καὶ Μωϋσῆς ἐν τῇ ἐρήμῳ; ἐκείνοις μὲν ἀπιστεῖ, καὶ φησι· Τίς χρεῖα με ἀναγινώσκειν τὰ ἐν τῷ νόμῳ, ἐλθόντος τοῦ εὐαγγελίου; Πόθεν σοι τοίνυν τὰ περὶ Μωϋσεῶς καὶ Ἀβραάμ εἰδέναι; Οἶδα γὰρ, ὡς ὁμολογεῖτε αὐτοὺς εἶναι δικαίους, καὶ πατέρας ἑαυτῶν ἐπιγράφουσθε. Εἶτα ἀποκρίνεται, καὶ λέγει, ὅτι Χριστός μοι ἀπεκάλυψε· καὶ βλασφημεῖ τὰ πλεῖστα τῆς νομοθεσίας, καὶ τοὺς περὶ Σαμψῶν καὶ Δαβὶδ καὶ

ad Batanææ vocabulum accedit, ut ad XII Jos. Masius observat. In eodem Basanitico tractu fuit et Edrai ܝܕܪܐ, Græce Ἀδραῖ. Quam Adram Ptolem. putat idem Masius. Quæ in Cœlesyria a Ptolem. numeratur.

(32) Τοὺς δὲ προφήτας λέγουσι συνέσεως. Intelligentiæ prophetas, non veritatis, appellatos ideo crediderim, quod tametsi rerum altissimarum intelligentia essent sapientiaque præditi, non tamen mendacio omni caruerint.

Ἠλίαν καὶ Σαμουὴλ καὶ Ἐλισσαῖον καὶ τοὺς ἄλλους. gloriari. Ad hæc ita respondent : Sibi id a Christo patrefactum. Ergo bonam legis partem contumeliose traducunt, et Sampsonem ac Davidem, Eliam, Eliseum cæterosque respuunt.

10'. Ἐλέγχεται δὲ πανταχοῦθεν ὁ ἀγύρτης ὑπὸ τοῦ A
Σωτῆρος, διαβρήδην καὶ ὡς ἐν συντόμῳ, ἀπὸ μιᾶς
λέξεως τὸ πᾶν αὐτοῦ ἐλέγχοντος τῆς ἀπατηλῆς δι-
δασκαλίας, καὶ λέγοντος· Ἦλθεν Ἰωάννης ἐν
ὁδῷ (33) δικαιοσύνης μῆτε ἐσθίων, μῆτε πίνων,
καὶ λέγουσι, Δαιμόνιον ἔχει. Ἦλθεν ὁ Υἱὸς τοῦ
ἀνθρώπου ἐσθίων καὶ πίνων. Καὶ οὐ πάντως, ὅτι
κἂν τὸ τυχὸν οὐκ ἤσθιεν ὁ Ἰωάννης, ἢ πᾶν ὅτι οὖν
ἤσθιεν ὁ Σωτῆρ, ἵνα τις ὑπολάβῃ καὶ τὰ ἀπηγορευ-
μένα. Ἡ Γραφή δὲ τὴν ἔμψασιν δηλοῖ τῆς ἀληθείας,
ὡς τὸ φάγον αὐτὸν εἶναι καὶ οἰνοπότην οὐδὲν ἕτερόν
ἐστίν ἢ τὸ ¹ κρέα ἐσθιῖν καὶ οἶνον πίνειν· καὶ τὸ,
μὴ ἐσθίω, μῆτε πίνω, ὅτι κρεῶν οὐ μετέλιπε καὶ
οἴνου, ἀλλ' ἢ ἀκριδῶν μόνων ὁ Ἰωάννης καὶ μέλι-
τος μετελάμβανε, δῆλον δὲ, ὡς καὶ ὕδατος. Τίς δὲ
οὐκ οἶδε τὸν Σωτῆρα ἀναστάντα ἐκ νεκρῶν καὶ φα- B
γόντα; καθάπερ ἔχει τὰ ἅγια Εὐαγγέλια τῆς ἀλη-
θείας, ὅτι Ἐπεδόθη αὐτῷ ἄρτος καὶ μέρος ὀπτοῦ
ἰχθύος· καὶ λιβῶν ἔφαγε, καὶ ἔδωκε τοῖς μαθη-
ταῖς· ὡς καὶ ἐπὶ τῆς θαλάσσης τῆς Τιθεριάδος πε-
ποίηκε, καὶ φαγῶν, καὶ διαδούς. Καὶ πολλὰ ἐστὶ
περὶ τούτου λέγειν. Δεῖ δὲ με κατὰ λεπτότητα εἰς
τὸν τούτων τῶν βημάτων τῶν ἐῶλων τε καὶ σαθρῶν
αὐτῶν ποιεῖσθαι ἀνατροπὴν.

Κ'. Καὶ πρῶτον μὲν περὶ τοῦ Χριστοῦ, ὅτι οὐ
ψιλλὸς ἀνθρώπος ῥητέον. Οὐ δύναται γὰρ ὁ γεννηθεὶς
κατὰ πάντα ἀνθρώπος σημεῖον ἕνεκα τῷ κόσμῳ δο-
θῆσθαι· ὡς περὶ αὐτοῦ προεθέσπιζε τὸ ἅγιον
Πνεῦμα, ὅτε τῷ Ἀχάζ ἔλεγεν· Αἰτησαι σεαυτῷ C
σημεῖον. Κάκεινον μὴ αἰτήσαντος, τότε φησὶν ὁ
προφήτης· Αὐτὸς Κύριος δώσει ὑμῖν σημεῖον·
Ἰδοὺ ἡ παρθένος ἐν γαστρὶ ἔξει. Παρθένος δὲ
οὐ καλεῖται (54) ἢ συναρθεῖσα ἀνδρὶ, καὶ γαμηθεῖσα
γυνή· παρθένος δὲ ἐκεῖνη κυρίως λέγοιτ' ἂν ἡ ἀνευ
ἀνδρὸς τὴν σύλληψιν τοῦ Θεοῦ Λόγου κατὰ ἀλήθειαν
ἐσχηκυῖα· ὡς καὶ αὐτὸς Ἡσαίας (55) ἐν ἄλλῳ τόπῳ
φησὶ· Φωνὴ κραυγῆς ἐκ πόλεως, φωνὴ ἐκ ναοῦ,
φωνὴ Κυρίου ἀνταποδόσεως, ἀνταποδιδόντος
τοῖς ἀντικειμένους. Πρὶν ἢ τὴν ὠδίνουσαν τε-
κεῖν, πρὶν ἢ ἐλθεῖν τὸν πόνον τῶν ὠδίνων, ἐξ-
έφυγε, καὶ ἔτεκεν ἄρσεν. Τίς ἤκουσε τοιοῦτον;
ἢ τίς ἑώρακε τοιαῦτα; Εἰ ὠδινε γῆ ἐν μῶ ἡμέρα,
καὶ ἔτεκεν ἔθνος εἰς ἅπαξ; ὅτι ὠδινε καὶ ἔτεκε
Σιών τὰ παιδία αὐτῆς. Ἐγὼ δὲ ἔδωκα τὴν προσ-
δοκίαν τῷ ἑθνεῖ, καὶ οὐκ ἐμνήσθησαν, λέγει Κύ- D

¹ γρ. κρέας. * Matth. xi, 18, 19. * Luc. xxiv, 42. 6-10.

(33) Ἦλθεν Ἰωάννης ἐν ὁδῷ. Hæc verba ἐν ὁδῷ δικαιοσύνης, vel ab Epiphano inserta, vel librarium vitio intrusa sunt.

(34) Παρθένος δὲ οὐ καλεῖται. Vide omnino quæ erudite ad illum Isaia locum disserit Hieron. de voce ΠΑΡΥ, in qua calumniari Judæi solent. Sed et Basilus ad vii Isa. eodem argumento adversus Judæos utitur, quo Epiphanius Ebionitas redarguit. Quod, nisi parituram virginem propheta significasset, frustra tanquam signum illud ipsum regi de-

XIX. Sed a Christo Domino penitus impostor ille manifesteque refellitur, qui depravatam omnem ejus doctrinam paucis verbis redarguit, cum ita loquitur : Venit Joannes in via justitiæ non manducans, neque bibens, et dicunt, Dæmonium habet. Venit Filius hominis manducans et bibens¹. Quod perinde non est accipiendum ac si Joannes nulla omnino re, Christus omnibus promiscue, adeoque prohibitis, vesceretur. Sed Scriptura vim veritatis expressit, ut, non manducans et bibens, idem sit ac : Joannem carnibus vinoque non usum, nihil præter locustas ac mel edisse, ut aquam interim adhibuisse credatur. Equis nescit Christum Dominum excitatum a mortuis comedisse; quemadmodum veritatis Evangelia continent? Oblatum ei panem ac piscis assi particulam, de quibus cum manducasset, apostolis suis reliquias impertiit². Id quod ad Tiberiadis mare fecit, edit, inquam, ac distribuit³. Qua de re plurima dicenda nobis occurrunt. Sed ad putidos illos absurdosque sermones, qui ab ipsis instituuntur, singillatim refellendos atque evertendos transferenda nobis est oratio.

παρ' αὐτοῖς κηρυττομένων ἦκειν ἐλεγχον, καὶ τὴν

XX. Ac primum de Christo, non merum hominem esse demonstrabimus. Neque enim qui nihil omnino sit præter hominem, signi instar exhiberi mundo potest : quod Spiritus sanctus de Christo prædixit, cum ita Achazo locutus est : Pete tibi signum. Illo vero petere detrectante, propheta subjecit : Ipse Dominus dabit vobis signum : Ecce virgo concipiet⁴. Virginis porro nomine non ea mulier significatur quæ nupserit, et cum viro conjuncta sit, sed ea demum proprie virgo dicitur, quæ divinum Verbum in se absque ullo viri complexu genuerit. Quemadmodum 144 Isaïas alio in loco testatur : Vox⁵ clamoris ex urbe, vox e templo, vox Domini retributionis, retribuētis inimicis. Antequam parturiens pareret; antequam veniret dolor partus, effugit, et peperit masculum. Quis audivit unquam tale? et quis vidit huic simile? Nunquid parturivit et peperit Sion filios suos. Ego vero dedi hanc expectationem, et non recordati sunt, dicit Dominus. Quænam igitur ea est exspectatio? quinam

nuntiasset.

(35) Ὡς καὶ αὐτὸς Ἡσαίας. Hunc Isaia locum, quem de Christi Domini generatione, ac sacrosanctæ Virginis partu intelligit Epiphanius, Patres omnes ad spiritalem Ecclesiæ partum referunt; quæ sine ullo dolore, pene momento infinitos Christo filios peperit, paritque quotidie. Ita D. Hieron. Theodoretus, Cyrillus, Euseb. lib. i Eccles. histor. cap. 4, alique complures.

hi filii, nisi quod citra parturienti labore Virgo pepererit, quod nusquam antea contigerat? quodque is qui illius est causa productus, Joannes ex divina promissione Elizabetha prognatus sit, licet illum antequam pareret mater parturierit? Quanam ergo fronte nudum hominem fuisse Salvatorem audent asserere? quod si verum esset, nonne cognitione comprehendi posset, contra quam de eo Hieremias testetur? *Homo, inquit, est, et quis cognoscet ipsum?*¹ Etenim de eo loquens propheta istud usurpat: *Quis cognoscet ipsum?* Atqui simplicem si hominem intelligat, omnino vel eum pater ipse, vel mater, cognatique omnes, ac vicini, tum contubernales ac cives cognoscerent.

Jam vero quoniam ita Mariæ ille fetus exstitit, idem ut Dei Verbum e caelo prodierit: neque virili de semine, sed caelesti patre genitus, sine tempore initioque ullo, postremis temporibus in uterum insinuare se Virginis, formatamque ex ea carnem induere voluit: propterea, *Homo quidem est, ait, sed quis cognoscet ipsum?* quandoquidem Deus e caelo descendit, unigena Filius, ac Deus Verbum. Sed incredibilis quedam est aberrantium a veritate istorum infelicitas, qui prophetarum, angelorumque testimoniis relictis ad hæreticum Ebionem adherescere maluerunt, qui ex animi sui libidine Judaica instituta complexus sese tamen a Judæis abalienavit. Quippe Gabriel cum nuntium suum ad Virginem perferret, occurrente illa: *Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco?* quo securitati consulere adjecit: *Spiritus Domini superveniet in te, et virtus Altissimi obumbrabit te: ideoque et quod nascetur ex te sanctum, vocabitur Filius Dei*². Ubi per hæc verba, **145** quod nascetur, ab ipsa carnem, et quidquid ad humanam naturam attinet duxisse significat: tum virtutem Altissimi, ac Spiritum sanctum e caelo sanctam Virginem obumbrasse; unigenamque Dei Filium ac Deum Verbum in terras delapsum, hominem esse factum, ac de beata Virgine revera procreatum. Quam multa sunt istiusmodi testimonia! Ego vero quemadmodum pollicitus sum, ne longior hoc in opere esse cogar, latius evagari non soleo.

XXI. Venio nunc ad ea quæ de Petro ac cæteris apostolis mentiuntur. Petrus, inquit, lavabat quotidie, priusquam cibum sumeret. In quo circulatorum ejusmodi incredibilem calumniam, ac vafferimum in ea tradenda disciplina consilium intueri. Etenim quod inquinantur sæpius, ac per lasciviam pleraque in vita peccant, quo sibi certam spem ac fiduciam concilient, aqua largius utuntur, ut seipsos decipiant, dum repetitis hisce lavationibus pueros se esse posse confidunt. Atque hæc per

¹ Jerem. xvii, 9. ² Luc. i, 34, 35.

(36) *Ὡς καὶ Ἱερεμίας περὶ αὐτοῦ.* Neque hic locus ad Christum proprie pertinet: tametsi plerique PP. ad eum sensum traxerint; quos reprehendit Hieronymus. Cujus quidem interpretationis cau-

Amos. Ποία δὲ προσδοκία, καὶ ποία παιδία. ἀλλ' ἢ τὸ Παρθένον γεννηῆσαι ἄνευ ὠδίνων, ὅπερ οὐδαμῶς γηγένηται; καὶ τὸ τὴν δι' αὐτὸν ἀπὸ Ἐλισάβετ κατὰ ἐπαγγελίαν γεννηθέντα Ἰωάννην παῖδα, εἰ καὶ Ἰωάννης δι' ὠδίνων γεγέννηται; Πῶς οὖν οὗτοι ἐκ σπέρματος ψιλὸν ἄνθρωπον ὀρίζονται τὴν Σωτῆρα; πῶς δὲ οὐ γνωσθήσεται, ὡς καὶ Ἱερεμίας περὶ αὐτοῦ (36) φησὶν, ὅτι *Ἄνθρωπος ἐστὶ, καὶ τίς γνώσεται αὐτόν;* Διηγούμενος γὰρ ὁ προφήτης περὶ αὐτοῦ ἔλεγε· *Τίς γνώσεται αὐτόν;* Εἰ δὲ περὶ ψιλοῦ ἔλεγεν ἀνθρώπου, πάντως ἂν καὶ ὁ πατὴρ αὐτὸν ἐγίνωσκε, καὶ ἡ μήτηρ, συγγενεῖς τε καὶ γείτονας; σύσκηνοί τε καὶ συμπολιταί.

Ἄλλ' ἐπειδὴ ἐκ Μαρίας μὲν ἐστὶ τὸ γέννημα, ἄνωθεν δὲ ἦλθεν ὁ Θεὸς Λόγος, οὐκ ἀπὸ σπέρματος ἀνδρός, ἀλλ' ἐκ πατρὸς μὲν, ἄνωθεν γεννηθεὶς ἐν ἀληθείᾳ ἀχρέτως καὶ ἀνάγκως, ἐπ' ἐσχάτων δὲ τῶν ἡμερῶν εὐδοκίας ἐν μήτρᾳ γενέσθαι Παρθένου, καὶ ἐξ αὐτῆς ἀναπλάσαι εἰς ἑαυτὸν τὴν σάρκα. Διὰ τοῦτο, φησὶ, καὶ *Ἄνθρωπος μὲν ἐστὶ· τίς δὲ γνώσεται αὐτόν;* ὅτι Θεὸς ἄνωθεν ἦλθεν, ὁ μονογενὴς Θεὸς Λόγος. Πολλὴ δὲ ταλαιπωρία τῶν πεπλανημένων, τῶν καταλειψάντων μὲν προφητῶν μαρτυρίας καὶ ἀγγέλων, καὶ ἀνασχομένων Ἐβίωνος τοῦ πεπλανημένου, τοῦ τὴν ἑαυτοῦ ἡδονὴν βουλομένου πληροῦν, καὶ τὰ Ἰουδαϊκὰ μεταχειριζομένου, καὶ ἀπὸ Ἰουδαίων ἠλλοτριωμένου. Ὡς ὁ μὲν Γαβριὴλ, ὅτε τῇ Παρθένῳ εὐηγγελίζετο, αὐτῆς λεγούσης, *Πῶς ἔσται ταῦτα, ὅτι ἄνδρα οὐ γνώσκω;* τὸ ἀσφαλὲς ὑποτιθέμενος ἔφη· *Πνεῦμα Κυρίου ἐπελεύσεται ἐπὶ σέ, καὶ δύναμις Ὑψίστου ἐπισκιάσει σοί.* Διὸ καὶ τὸ γεννώμενον ἐκ σοῦ ἄγιον κληθήσεται Υἱὸς Θεοῦ. Ἐν τῷ γὰρ εἰπεῖν τὸ γεννώμενον, ἔδειξε μὲν τὴν σάρκα ἀπ' αὐτῆς, καὶ τὴν ἄλλην ἐνανθρώπησιν, ἄνωθεν δὲ ἀπ' οὐρανῶν τὴν δύναμιν τοῦ Ὑψίστου, καὶ τὸ ἅγιον Πνεῦμα ἐπισκιάσαι τῇ ἀγίᾳ Παρθένῳ, καὶ ἄνωθεν καταθεθῆναι τὴν μονογενῆ Θεοῦ Θεὸν Λόγον, καὶ ὡς ἐνηθρώπησε, καὶ ὡς ἀπ' αὐτῆς ἐν ἀληθείᾳ ἐγεννήθη. Πόσα δὲ ἄλλα ἐστὶ τοιαῦτα! Εἰώθα δὲ, ὡς ὑπεσχόμεν, μὴ διὰ πλάτους φέρεσθαι, ἵνα μὴ εἰς ὄγκον πολὺν ἀγάγω τὴν πραγμασίαν.

